pag. 83.

(235)

173.

Nobilissimo viro D. Constantino Hugenio, Drost de Zuylichem, equiti

Petrus Cunaeus S.D.

+ Vir nobilissime, literas tuas ante aliquot dies ~~trad~~ e castris ad me scriptas tradidit mihi ~~[illegible]~~ iuvenis natalibus atque indole eximius Fredericus Dorpius, quibus perhumaniter id a me petis, quod ut ~~[illegible]~~ tuo impetrare mihi possis, ita ego etiam sponte meliusque rogatu facere soleo. Quid enim est cur non libenti opera [illegible] [illegible] [illegible], qui praeclara omnia in se ~~[illegible]~~ spes habet, et generoso ardore in bonas artes fertur, ~~quibus ingenii [illegible] ad magna [illegible]~~

[margin: + et quib. ad familiae splendorem vera nominis atque existimationis accedit dignitas.]

Ego vero polliceri tibi audeo, quicquid apud me est, quod prodesse optimis eius conatibus possit, id illi promptum et paratum apud me fore. Scio equidem in his, qui tam domo et fortuna nati sunt, rarum esse, ut bonae menti ~~[illegible]~~ vacent, literasque nostras et iuris ac legum studia sequi velint vel e longinquo? ~~[illegible]~~ Sed eo magis amabilis mihi fuit, ut praestantis sane indolis hic disciplinis deditus imperite amplecter. Neque vero is sum qui existimem aliquid eo nomine mihi deberi. Quoties unquam eius id facio, nec id gratiae apponi volo, sed totum hoc moribus meis tribuo, neque aliud eius rei habeo pretium, nisi fecisse. Cetera, quae literis tuis continentur, Peribolantiam in me tuam omni ex parte significant. Nihil circuitione utar, vir nobilissime. [illegible], ut ea vidi, fecit memet ipsum mihi praeditum, qui tibi summa et inusitata eruditione, atque aliis ~~[illegible]~~ splendidis illustribus virtutibus praedito, ad quas te excellens natura tua armavit, nunquam habemus observantiam ullo officii genere testatus sim. Quod igitur superest, omnino in posterum nomen meum profitebor inter eos, qui te colunt: atque adeo officia feram, ut te dignis eruditum esse et nunc intelligant homines, et in posterum memoria teneant. Nihil porro in solutum faciam, neque te rogabo ut animum tuum erga me retineas, quem habere coepisti. Neque enim fieri potest, ut ~~[illegible]~~ desciscas ab humanitate tua, aut ipse te vertas. Vale. Lugd. Batavor. 12 Novembr. 1633.

[margin: haec alias ad Legatum Maurerium 6 Maii 1617. et ad Dominicum de Molino 4 octobr. 1634.]

© Universiteitsbibliotheek Leiden
CUN 1 A
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/845